

ajunt hunc illum expectum fuisse, hic ex schola Tubingensi evocatus
fuit; disere ex Polano poteris, quis sit, qui Polang. Basilea nunc
studia sua prosequitur. Salaminius nostri memoriam omnem de-
posuit; nostri hoc hominum genus, simulac ministerio se implicent
videnti eadem opera non amicitiam tantum, verum etiam huma-
nitatem exuere. Certè religioni isti, quam apud vestros et alibi pro-
fitebantur, parum equi sunt. Uno Carolo excepto, neminem adhuc
novi, cujus vestri non pudeat palam. Quid in sinu gestent, equi-
dem pervidere nequeo, hoc presertim tempore, quo jam conspicit
uti cogor. Carolum quoque aula aut imutabit, aut certè ibi eum
Demostheniana illa angina corripiet. Valde expectabam Ursini-
ana, quæ certè maluissem quam vestrorum adjecturæ legere,
presertim cum facta nulla consequantur. Prestabat moderatius
loqui, si nihil memorabile facere constituisti. Metuo ne novus
Episcopus obtineat, et ut se infecta non magnam gloriam repor-
tet; hæc certè est passim hominum de exitu illius belli expectatio.
Nunciabatur Palatini vicini vestri lethali morbo, variè nos
affecit tam acerbo nunciis. Si tibi videat, Petrus jam idoneus
esse, ut audis istinc ad uberiores ingenii cultum mittatur, fac
ut sciamus, ne semper eodem loco herere, cogat. Sunt et qui putent,
ingenia quoque, ut arbores transplantatione, fieri meliora. Saluta-
mibi omnes iterum te rogo, et quidem officiosè atque amantissimè,
Deus die tui istinc abitus me certiores facito. Vale, nosque amare
perge. Uxor Andr. omnes te salutant. Tyræ ferre videntur
quidam, quod ne salutaveris quidem in literis meis, nedum ad eos
diripseris, quod te tamen discedentem facturam esse pollicitum
ajunt. Bresla 28. Octobris. 1583.

Ultima Epistola Judithij ad Ursinum, qui mortuus est ad d. Non.
Martij Anno LXXXIII. Neustadium à me fuisse allata.

Clarissimus atque Excellentiss. Doctori, Dño Zacharia Ursino
uratis: Academiæ Neustad. Professore etc. Dño et Amico ho-
norando.

Clarissime et Prestantissime Dñe et Amice honorande. S. P. Nullus
abit dies, ne hora quidem propinqua, qua non multo de te et ja-
cundus sermo inter nos habeatur; doctrinam certè tuam etiam ab-
sentes non minus quam qui te presentes audiunt, amplectimur et ve-
xeramus,

neramur. Rarius ad te scribo, quod sciam te necessariis occupationibus et
studij dignitati, qua me in publica Ecclesia commodum peccem, religio
nostri est interpellare. Ne nunc quidem scripsissem, nisi me non
medicorum quaedam sollicitudo mea et affinis mei Sulpovii, Nobilissimi
viri de filii sui salute, impulisset. De eo igitur, ut tandem ali-
quando cert. aliquid cognoscamus, has ad te, literulas dedi, quas
certus tibi tabellarius reddet, cuius in hanc unam rem opera con-
ducta est, ut a te et D. Senio nobis certum responsum deferret.
Itaque, valde te per humanitatem tuam rogo, certiores ut nos fa-
cias, equid Petrus adhuc vivat; ubi locorum sit, quid agat,
num in pietatis et literarum studiis bene progrediat, quibus
rebus egeat, an adhuc isthuc detinendus vobis, an alio et quo pu-
tissimum mittendus videatur, ut moribus et literis amplius exco-
latur et ad suos post biennium aut etiam triennium pietate
doctrina, eloquentia s. cupis praecipuus in patria eius usus est,
proditus domum reverti et suorum expectationem explere
queat. Alterum est, quod non minore studio abs te peto, ut
michi significes, num tu meum filium iam XV. aetatis suae anno
propediem finientem, quatuor discipulorum tuorum Richii, Ghe-
vii, Calamini, Quirini, discipulum iam inde a Maxim. (scilicet. huius
mei obitu in tuam domum, mensam, disciplinam et paternam
recipere curam velis, et aliquot annis cum filio tuo educare,
quem hic meo fratris loco habiturus est in omni fortuna. Si hoc
abs te impetro, felicem me patrem iudicabo. De pretio nihil te-
cum paciscar, sed libentissimo animo id dependam, quod tu iusseris.
Quod si hoc facere te valetudinis tuae infirmitas facere non
patitur, aut laboris molestia et jam etiam fastidium: tum ego
vehementer a te peto, ut cum D. Jurgonio agas, quem apert et
doctrina et severitate disciplina imprimis praestantem esse,
ut ipse ad se recipiat filium meum, et domi erudiat, et ad pu-
blicas aliquas lectiones adhibeat, quae paero necessaria videbuntur,
et sancta diligentia paternè instituat. Huic quoque non immerito
quantum tu voles, pretium quotannis dabo. Si ne. hic quidem
operam nobis navare possit, tum mihi, ut fidele et prudens
suum consilium explices, per tuam pietatem te oro atque obtestor.
De D. Senii doctrina non vulgari sentio, ut debeo, optimè, de
moribus item et ~~modestis~~ ^{domestica} disciplina; verum et publicae professioni
et ~~paedago-~~

82
de Pedagogia et alijs manijs ita eum esse impeditum audio, ut de Ho 1583.
quum multis inferuiat, non saty commodè unum ea, qua ego
cuperem, diligentia instituere, et curare possit. Huc accedit
quoque, quod cum ita angustè habitare inteligo, ut contubernales
proorsas non aliat. Meum a. filium apud salern aliquem labi-
fate cupio, à cujus latere nunquam discedat, quem actionum et
studiorum, atq; adeò ipsarum etiam, si fieri queat, cogitationum
inspectorem moderatoremq; habeat. Equidem ad omnem eum
modestiam cum pietate et humanitatem Christianam educari
volo. Quod facilius ne consecuturum esse confido, si à Polonorum
consuetudine amoveatur. Experiundo n. didici, quam male
is educatis cesserit, qui hujus gentis pueros cum suis conjunxe-
runt. Ego meum cum Germanis versari imprimis cupio, illo-
rumq; virtutem, constantiam, integritatem imitari. Deinde
ab omni simulatione, atq; animi elatione, et ementibus istius
nobilitatis, qua surgent insani homines, ambitiosij sumis lon-
gissime abesse ita volo, ut nihil unquam voluerim ardentius,
Quin hoc tibi sanctè afirmo, si vel hic vel alter me vivo, vel
aliam ingressus viam fuerit, ut equidem non nihil de hoc ma-
jore metuo: ex heredum natorum numero eum expungam.
Habet intimos meos de filiorum meorum educatione, sensus.
tu fac pro bonitate tua ut propositum hoc meum pro viri-
li adjuves. Cetera, tum qua huic pertinent, tum qua ad hanc
patriam, et notas tuos ex Quirino nostro fusius intelliges:
quem jam tandem ad vos remitto, cum Petri fratre. De Quirino
vobis, tibi imprimis, quas possum maximas ago et habeo gra-
tias; abeuntem magno equidem dolore prosequor propter
eius pietatem et eruditionem. Sed sic res eius et voluntas
vestra talit, ne diutius mecum esset. Dedi operam, vel
ipsa potius contendit, ut ad vos etiam doctior et prudentior
rediret. Meum dum fuit, honestè se gessit, et omnes p. mo-
desti, casti, diligentis, officiosi partes adolescentis explevit.
Utinam quando hoc carendum jam est, alium aliquem ei si-
milem submitteretis: præclare profecto de me, mereri posse-
tis, de quo scripsi nuper ad D. Nemanum quoque, et D. Doct. Franckium,
cum te graviter decumbere fama ad nos perlata fuisset,

si dolore, si vultu aliquid in hoc genere proficitur, maximam, crede
michi, si convaluisti, sanitatis tuae causam michi acceptam secun-
dam Deum referre potes. Sed ad Quirinam redeo, si quid apud vos
preces meae valere possunt, rogo vos, ut eum ad talem aliquam
conditionem adhibeatis, qualem dotes eius et industria meretur.
Tenebitur optime locum suum, et erit schola ista, atque Ecclesia ve-
stra ornamento atque utilitati. Sed ne vestra pietati et in provo-
hendis discipulis vestris voluntati ac studio officium esse videar, ni-
hil addam. Vale et me ama, ac si potes, rescribe, de filio
et viro docto, quem ad convictum et sustentum a vobis peto.
Valde expecto libros illos contra Chytraeum et Antitrinitarios.
Nam in tuis equidem libris libenter versor, et nihil a te
proficisci intelligo, quod non omnibus sit numeris absolutum.
Vale iterum. Ex patria tua jam etiam mea vel tua ~~fratris~~
causa, michi chara. 25. Febr. 1583.

Tua Praesb.

amicus addictiss.

A. Dudith.

58)

Andr. Dudith ad rectorem et Doctores Academiae
Neustadianae etc. Anno MDCXIII.

Magnifice Dne Rector atque Excellentissimi et Clarissimi
Germine Doctores et Professores, Domini et Amici
honorandi S. S.

Facit perpetua mea in viros pietate et doctrina prostantes be-
nevolentia et studium, ut vos praeter caeteros, qui in Germa-
nia docent, magno vestro merito, amandos atque omni amicitia
officio michi prosequendos delegerim. Id quod ego ex re ipsa
malo vos intelligere, si quis usus veniet, quam ex oratione
mea. Quare quicquid a me unquam proficisci poterit, quod
universe ad istam Academiam vestram et privatim etiam ad
cujuslibet vestrum pertinere ornamentum atque utilitatem
queat, id vobis ita promptum fore polliceor, ut sunt ea, quae
in potestate vestra habetis. A vobis vicissim mutuam bene-
volentiam expecto, quae michi thesauri loco erit. Quirino
Reaturo alumno vestro ad vos redeunti adijungi affinem nam
nobilissimi viri filium, ut is quoque cum suo fratre, qui jam
aliquandiu vobiscum vivit, et melior et doctior isthuc evadat.

Comendo